

LIBER

tina ueto & quæ eodem genere sunt, omnia sufferunt et ab oneribus et à tempestatibus iniurias, sed ab igni non possunt esse tuta, simulq; ut sunt ab eo tacta disiliunt & dissipantur, ideo quod temperatura naturalis paruo sunt humore. item quod non multum habent terreni, sed aeris plurimum & ignis. Igitur cum humor & terrenum in his minus inest, tum etiam ignis tactu & ui uaporis ex his aere fugato penitus insequens & interuenientium uacuitates occupans feruescit, & efficit ea suis ardentia corporibus similia.

Sunt uero item lapicidina complures in finibus tarquinienfium quæ dicuntur anitiana, colore quidem, quemadmodum albana, quarum officina maxima sunt circa lacum uulsiniensem, item praefectura statonienfi. Ex autem habent infinitas uirtutes, neque enim his gelidiorum tempestas neque tactus ignis potest nocere, sed sunt firmae & ad uerustatem ideo permanentes, quia parum habent è naturæ mixtionis aeris & ignis, humoris autem temperata plurimumque terreni, ita spissis comparationibus solidata neque ab tempestatibus, neque ab ignis uehementia nocentur. Id autem maxime iudicare licet è monumentis, quæ sunt circa muicipium ferentis ex his facta lapicidinis, namque habent & statuas amplas factas egregie, & minora figilla, floresque & achantos eleganter sculptos, quæ cum sint uetusta, sic apparent recentia, uti si sint modo facta. Non minus etiam fabri ærarii de his lapicidinis in æris flatura formas habent comparatas, & ex his ad æs fundendum maximas utilitates, quæ si prope urbem essent, dignum esset, ut ex his officinis

Populi Ty setu
zita, Noj si sa

+
compactiombus

fundim ali
900 f. m. di. napol
88. m. di. roma
minora si gicla
se. statua di m. i. g.
zita
A. s. u. t. o. d. g. b. r. a. u. d.
i. u. c. a. r. y. m.